CAPVT XII.

PAr igitur ac similis ratio est in homine: nam cùm insita sit ei naturâ vis quædam res producendi, nimirũ per principia quædam, atque actiones quæ ab ipso proficiscuntur, res edit in lucẽ. Nam quid aliud? Neq.n. inanimatũ vllũ agere dicimus: neq. etiã animatum, præter hominẽ. Manifestũ igitur, actionũ hominẽ esse pro genitorẽ. Proinde quoniã actiones commutari intuemur, nec eadẽ vnquã agimus, sunt quæ actiones ex aliquibus progenitæ principiis: manifestũ, quandoquidẽ actiones immutantur, etiam actionũ immutari principia, à quibus sunt, quemadmodum similitudine ostẽdimus rerũ geometricarũ. Atqui actionis tam bonæ, quàm malæ, principiũ, est cõsiliũ, & volũtas, & quicquid ad rationẽ tẽdit. Non dubium igitur quin hæc quoq. cõmutẽtur. Sponte nanq. actiones immutamus: & proinde etiã principiũ, atq. consiliũ propositũ: nã hæc sponte fit mutatio. Proinde nõ dubiũ, quin in nobis sit, & probos & malos esse. Fortè hîc quispiã occurrerit: quãdoquidẽ in me sitũ est vt sim iustus & probus, ero, si voluero, omniũ optimus. Id verò fieri nullo modo potest. Cur nam? quoniã ne in corpore qui dẽ fieri id potest. Neq.n. si quispiã voluerit corporis curã habere, is statim omniũ optimè habebit corpore. Nam opus est nõ solùm curam adhiberi, verùm etiã naturâ honestum, & bonum corpus esse. Melius certè habebit corpus, non tamen erit omnium optimum. Idẽ de anima intelligendum est: neque enim vt quisque voluerit, erit omnium optimus, nisi etiam natura extiterit: melior quidem certè erit.

CAPVT XIII.

QVoniam igitur probum esse in nobis vt apparet situm est, dicendum deinceps est nobis de sponte factis, quidnã sit, quod sponte factum dicitur. Principem enim locum in virtute obtinet quod sponte fit. Ac simpliciter quidem sponte fieri dicendum, quod non coacti agimus. Verùm de hoc magis adhuc perspicuè nobis disserendum est. Nempe ad id, quod agimus, aliquis non impellit appetitus. Atqui res sunt appetitus species, cupiditas, ira, voluntas. Primùm igitur de actione, quæ à cupiditate oritur, videndum sponte ne an inuitè à nobis suscipiatur. Inuita neutiquam esse, videri debet. Cur ita, & vnde id? nempe quòd quæcunque inuiti agimus, coacti faciamus necesse est.

A Κεφάλαιον ιθ.

ΟΓπω τοίνυν καὶ ὁμοίως τοῦτο καὶ ἐπὶ ἀνθρώπου. ἐπειδὴ γὰρ γονιμικόν ἐστιν ἄνθρωπος οὐσίας, ἐκ πάντων ἀρχῶν καὶ παντων πραξέων ὧν πράττει ἄνθρωπος, γονιμικόν ἐστι. τί γὰρ ἂν λέγοις οὔτε γὰρ ἄψυχον οὐδὲν λέγομεν πράττειν, οὔτε αὖ ἔμψυχον ἔξω ἀνθρώπων. δῆλον οὖν ὅτι ὁ ἄνθρωπος αὖ πράξεων ἐστὶ γονιμικός. ἐπεὶ οὖν ὁρῶμεν μεταβαλλούσας τὰς πράξεις, καὶ οὐδέποτε τὰ αὐτὰ πράττομεν· εἰσὶ δ' αἱ πράξεις γεγονιμέναι ἐκ πάντων ἀρχῶν, δῆλον ὅτι ἐπειδὴ καὶ πράξεις μεταβαλλοῦσι, καὶ αἱ ἀρχαὶ αὖ πράξεων, ἀφ' ὧν εἰσι, μεταβαλλοῦσιν, ὡς καὶ ἑωρῶμεν παραβαλλόντες ὅτι αὖ ἐν γεωμετρίᾳ. ἀρχὴ δὲ τῶν πράξεως καὶ σπουδαία καὶ φαύλη, προαίρεσις καὶ βούλησις, καὶ τοῦ καλοῦ λόγου πᾶν. δῆλον τοίνυν ὅτι καὶ αὖ μεταβαλλοῦσι. μεταβαλλομένων δὲ καὶ τῆς πράξεσιν ἐκόντες ὥστε καὶ ἡ ἀρχὴ καὶ ἡ προαίρεσις μεταβαλλή δὲ ἐκοῦσίως. ὥστε δῆλον ὅτι ἐφ' ἡμῖν αὐτοῖν καὶ σπουδαίους εἶ καὶ φαύλους. ἴσως οὖν λέγοι αὖ τις, ἐπειδὴ καὶ ἐν ἐμοὶ δοκεῖ τὸ δικαίῳ εἶ καὶ σπουδαίῳ, ἐὰν βούλωμαι, ἔσομαι πάντων σπουδαιότατος. οὐ δὴ δυνατὸν τοῦτο. διὰ τί; ὅτι οὐσῆ δὴ τοῦ σώματος γίγνεται τοῦτο. οὐ γὰρ ἂν τις βούλοιτο ὅπως μελεῖται τοῦ σώματος, καὶ δὴ πάντων ἄριστον ἕξει τὸ σῶμα. δεῖ γὰρ μὴ μόνον τὴν ὅπως μέλειαν ὑπαρχεῖν, δεῖ δὲ τὸν φύσει γίνεσθαι τὸ σῶμα καλὸν καὶ ἀγαθόν. βέλτιον μὲν οὖν ἕξει τὸ σῶμα· ἄριστα μὲν τοι πάντων οὐ. ὁμοίως δὲ δεῖ ὑποκαμβάνειν καὶ ὅπῃ ψυχῆς· οὐ γὰρ ἔστι ὁ προαιρούμενος εἶ σπουδαιότατος, ἀλλ' μὴ ἡ φύσις ὑπαρξῇ· βελτίων μέντοι ἔσται. Κεφάλαιον κγ.

ΕΠεὶ οὖν φαίνεται ἐφ' ἡμῖν ὂν τὸ σπουδαῖον εἶ), αἰαγκαῖον τὸ μὴ ταῦτα εἰπεῖν ὑπὲρ ἑκουσίου, τί δὲ τὸ ἑκούσιον. τοῦτο γὰρ δοκεῖ τὸ κυριώτατον καὶ τῶν ἀρετῶν, τὸ ἑκούσιον. ἑκούσιον δὲ ἁπλῶς μὲν οὕτως ῥηθῆναί δέοι, ὃ πράττομεν μὴ αἰαγκαζόμενοι. ἀλλ' ἴσως σαφέστερον δεῖ λεκτέον ὑπὲρ αὐτοῦ. ἔστι μὲν ἂν καθ' ὃ πράττομεν ὄρεξις. ὀρέξεως δὲ δεῖ εἶδη τέσσαρα, ἐπιθυμία, θυμός, βούλησις. πρῶτον μὲν οὖν τῶν κατ' ἐπιθυμίαν πράξεις ἐπισκεπτέον!, πότερον ἑκούσιόν ἐστιν ἢ ἀκούσιον. τὸ μὲν οὖν ἀκούσιον, ὃ αἰ δόξειε. διὰ τί, καὶ πόθεν; ὅπ ὅσα μὴ ἑκόντες πράττομεν, αἰαγκαζόμενοι πράττομεν.

B

C

D

E

F